Supellex aurea.

4123 1 fibula aurea Praeneste rep., oriunda ut dicitur ex sepulcro eius generis cuius fuit sepulcrum repertum a Bernardiniis anno 1876, cf. supra p. 328 not. 2.

MANIOS : MED : FHE : FHAKED : NVMASIOI

Helbig proposuit Romae in consessu sociorum instituti archaeologici d. 7 Ian. 1887, unde inscriptio edita est in ephemeride Berolinensi *Wochenschrift für klass. Philologie* 1887 n. 4. Fibulam cum inscriptione delineavit F. Dümmler *Mitth. d. arch. Inst.* II p. 40. Tractaverunt Dümmler l. c. et Buecheler *Rh. Mus.* 1887 p. 317.

In vocabulo paenultimo post B errore ut videtur incisa est I et mox ab ipso caelatore ex parte saltem expuncta. — Lege: *Manios med fhe fhaked Numasioi*, id est *Manius me fecit Numerio.*

Summae antiquitati hanc inscriptionem adtribuunt et scribendi ratio (imprimis FB positum pro *f*) et vocabulorum formae (inprimis *fefaced* pro *fecit*). Cf. quae ex posuerunt Dümmler et Buecheler ll. cc.

4123 1 anulus aureus rep. a. 1734 *in una villa presso Palestrina* VVLPI (Cal.), in agro Praenestino Anagniam versus VVLPI (Lat.).

VIBAS
SEBIRINE
FELICITER

Vulpi, qui vidit, monstratum sibi, ut ait (ap. Cal.), a cardinale Barberino, Lat. 9 p. 179 et apud Calogeram *racc.* vol. 19 p. 152.

Uno versu dat, praeterea VIVE (pro VIBAS) habet Vulpi in Latio.

Pondera.

4124 2 *gran peso di marmo bianco.* Fidenis rep. in effoss. a. 1825 institutis.

a. 47

TI · CLAV · CAES · iV
L · VITELL · III · COS

EXACT AD ARTIC
IVS AED

(in latere:) L · FL ANA

Amati cod. Vat. 9753 f. 39 et acceptam a Petro Odescalchio 9736 f. 2; memorat Nibby *analisi* II p. 304. Ex Amatii schedis edidit Gatti ann. inst. arch. 1881 p. 186, 3.

Nomen possessoris potest fuisse *L. Fl(avius) Ana(tellon).*

4124 2 pondus ex marmore albo. Praeneste rep. a. 1881 in regione dicta *Cascata dell' acque*, *accanto ai resti di una antica strada*, mox adhibitum in novo coemeterio in sepulcro mulieris alicuius Praenestinae.

TI · CLAVD · CAES · ĪV̄ · L · VIT · ĪĪĪ a. 47
L
IVSSV · AED · EXACT · AD ARTIC · I · C/

Gatti *bull. arch. comunale* 1884 p. 67 ad ectypum missum a Cicerchia. Paullo aliter *Not. degli scavi* 1884 p. 241 ex ectypo ab eodem misso.

3 fin. dedi ut legit Gattius, qui interpretatus est I(*n*) C(*apitolio*); I·C/ *Not.*

---

3 pondus marmoreum rep. Sassone prope Marinum in fundo cui nomen *Marco Andreola*, ibi ubi n. 2427 cet.

XXV

Lanciani *bull. comunale* 1884 p. 163.

Tabulae lusoriae.

4125 1 Marini in Latio in cippo nuper erecto [reperto?] DON.; Marini TORR.

LEVATE DALOCV
LVDERE ⊕ NESCIS
IDIOTA RECEDE

Doni cod. Neap. p. 550, 1, cod. Barb. 34, 73 p. 595 datam a Gaspare Salviano, cod. Barb. 30, 136 f. 87 ubi descriptam dicit a Torrigio. Ex Donii cod. Barb. repetivit Marini ms. Vat.; neque aliunde pendet puto manus ignota in folio inserto exemplo thesauri Gruteriani bibliothecae maximae Parisiacae (J 681).

2 septem fragmenta tabulae marmoreae. Monte Compatri apud Gustavum Cera (*via dello stradone* 67), rep. in eiusdem fundo inter Monte Compatri et Monte Porzio.

IDIOTA RECEDE
*lude*R E N E S C I S
da luso R*i* L O C V

Descripsi.

---

3 fragmentum tabulae rep. Ostiae a. 1886.

L
NESCIS
LEBATE

Descripsit Gatti. Lanciani *notizie degli scavi* 1886 p. 127.